Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Et utique natura meius commendauit apostolus · cum duo ista
simul poneret dicens · Regi autem seculorum inuisibili · incor
ruptibili · soli dō honor et gloria in saecula saeculorū · Unde
non audeo ego ita distinguere · ut dicam incorruptibili quidem
in saecula saeculorum · inuisibili autem non in saecula saeculorū ·
Sed tantum in hoc saeculo · Uerum quia nec illa testimonia falsa
esse possunt · beati mundo corde · qnm̄ ipsi dm̄ uidebunt ·
Et scimus quia cum apparuerit similes eierimus · qnm̄ uidebi
mus eum sicut est · Negare non possumus filios dī uisuros dm̄ ·
sed sicut uidentur · inuisibilia · sicut se ipsum ostensurum pmit
tebat qui hominibus in carne uisibilis apparebat · quando
dicebat · Et ego diligam eum · et ostendam me ipsum illi ·
oculos hominum · conspicuus loqueretur · Unde autem · inui
sibili auidentur · nisi oculis cordis · de quibus paulo ante dixi ·
quid hieronimus senserit · Ad uidendum dm̄ · hic est qd̄ et iā
memoratus · medio lanensis eps̄ · In ipsa resurrectione ·
dixit non facile esse dm̄ uidere · nisi his qui mundo sunt corde ·
Et ideo scriptum esse · beati mundo corde · quia ipsi dm̄ uide
bunt · Quantos beatos inquit iam numerauerat · et tamen eis
uidendi dm̄ non pmisserat facultatem · Deinde · adiungit
et dicit · Si ergo hi qui mundo sunt corde dm̄ uidebunt · utiq:
alii non uidebunt · Et ne alios illos acciperemus de quibus
dictum est · Beati pauperes · beati mites · et cetera · continuo
subiunxit · Neque enim indigni dm̄ uidebunt · Indignos utiq:
illos uolens intellegi · qui licet resurgant · dm̄ uidere non po
terunt · qnm̄ ad damnationem resurgent · quia p fidem uerā
quae p dilectionem operatur cor mundare noluerunt · Et ideo
sequitur et dicit · Neque is qui dm̄ uidere noluerit potest
dm̄ uidere · Deinde quia occurebat et iam omnes impios
uelle dm̄ uidere · statim ut ostenderit qui reduxerit ·